Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Seite 416

Quelle:
Copyright:

praedicta editione habentur T. I. p. 5.

8. Fol. 160.– 171.

S. Ambrosii de Nabuthe Jezraelita liberung.

S. Ambrosii de Nabuthe Jezraelita liber unus. Incipit: "Nabuthe hystoria tempo„ re vetus est usu cottidiana". In codice nostro titulum gestat Sermonum, et reve„ ra hic liber nihil aliud continere vide„ tur, nisi unum, alteramve Sermonem, quo Ambrosius in divites, a quibus tenuiori fortuna homines, immanissime diripiebantur, toto mentis ardore pronuntiavit. Extant in edit: Opp: S. Ambrosii Mauriana Tom. I. Col: 563.

S. Ambrosius quadragesimo aetatis anno a tribunalibus ad episcopatum Mediolanensem raptus, eundem summa cum fide, ac constan„ tia gessit usque ad annum 398. Scriptaillius a Cave, et Oudino diligenter enumerantur; ve„ ra autem Scriptores, atque operum editiones recensuit Fabricius in Bibl: Latina lib. IV. c. 3.

9. Fol. 171.– 174.

S. Augustini de haeresibus liber.

S. Augustini de haeresibus liber. Incipit: "Ple„ rique autem haeretici qui de ecclesia recesse„ runt et nomine suorum auctorum nuncu„ pantur". Scriptum istud breve nomen qui„ dem Augustini in fronte gerit, sed intero„ ra illius non reperitur. Convenit nonnun„ quam quoad verba cum opere genuino S. Augustini de haeresibus, in edit: Mauriana Tom VIII. unde non inepte illius epitome dici posset.